Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



,sias vel eorum a quoquam quamvis eti,
,am apostolica auctoritate fuerit attenta,
,tum: salvis semper laudabilibus consue,
,tudinibus et statutis ecclesiarum, quæ
præmissis non adversantur. In contrarium
autem facientibus non obstantibus qui,
,buscunqs - - - (b). Item quatenus
prædicta ordinatio pluribus prosit, et
humanæ ambitioni frœnum imponatur,
ordinat, statuit et decrevit idem Dominq
noster Papa, quod vigore præsentis consti,
,tutionis seu ordinationis nemo Graduato,
,rum possit ultra unum beneficium eccle,
,siasticum adipisci."

(b) Lacuna hic est, quæ compleri posset ex Concordi nationis Germanicæ cum Martino V initis.

"Item vult, quod impari data ad eandem
collationem graduatus non graduato præfera,
,tur prærogativa, et diligentia non obstan,
,tibus quibuscunque. Item quod Vaca,
,riæ (c) aut circa chori officia in Ecclesi,
is chathedralibus et collegiatis dedotate (d)
non conferantur etiam apostolica auctori,
tate, nisi talibus, qui hujusmodi officia
cantando, regendo, et alias sciverint, et
potuerint personaliter adimplere &c."

(c) lege Vicariæ. Du Fresne, et Du Cange Glossar: lat. medii ævi.
(d) de dotante.

Rubrica de Annatis.

"De Ecclesiis et monasteriis virorum
duntaxat vaccantibus et vaccaturis sol,
,ventur pro fructibus primi anni a die va,
,cationis summæ pecuniarum in libris ca,
,meræ apostolicæ taxatæ, quæ comunia ser,
,vitia nuncupantur. Si vero excessive taxa,
,tæ sunt, juste retaxentur, et provideatur
specialiter in gravatis regionibus secundum
qualitatem rerum, temporum et regionum,
ne nimium prægraventur; ad quod dabuntur
Comissarii, qui diligenter inquirant et taxent.
Taxæ autem prædictæ pro media parte infra